

✠ IN NOMINE DOMINI NOSTRI IHESU CHRISTI. ANNO AB INCARNATIONE DOMINI MILLESIMO. NONOGESIMO TERTIO. MENSE IANUARIO. INDICTIONE PRIMA. DUM EGO WILLELMUS sancte nolane (1) sedis gratia dei antistes rebus eiusdem ecclesie adtentius intenderem. Guarinus abbas sancti laurentii aversani. venit ad me Canonice. et religiosissime ecclesias requirens quas precessores sui in nostro episcopatu quocumque modo tenerant. Et cum ipse in hac petitione humiliter insisteret. cum consilio meorum canonicorum sponendi me sibi responsurum. Consilio autem reperto quod iuris ecclesiae nostre vellet dare requisivi. At ille abbas per unumquemque annum consilio auctoritate convenit; eiusdem monasterii sancti laurentii duas uncias auri in assumptione beate mariae semperque virginis. obligavit se suosque successores allaturos eidem aecclesiae sancte mariae vel mittere per fidelem legatum. Laudaverunt unanimiter canonici nostri hoc pactum et ius ecclesie nostrae per longa tempora ammissum me recolligere consiliati sunt. Et hacquievi iuste petitioni tanti viri. et precatu tantorum religiosorum fratrum eiusdem cenobii sancti laurentii. Et ipse dominus guarinus abbas reddidit in manu nostra supradictas ecclesias. Ut iuste et canonice a nobis postea reciperet. Tunc per consilium supradictorum nostrorum canonicorum reddidi sancto laurentio per manum scilicet eiusdem domini guarini abbatis: has ecclesias. sanctam mariam de spelunca cum omnibus suis pertinentiis. Sanctum salvatorem de valle cum omnibus suis pertinentiis. Et sanctam mariam de dominicella cum

✠ Nel nome del Signore nostro Gesù Cristo, nell'anno millesimo novantesimo terzo dall'incarnazione del Signore, nel mese di gennaio, prima indizione. Mentre io Guglielmo, vescovo per grazia di Dio della santa sede **nolane**, curavo attentamente le cose della stessa chiesa Guarino abate di san Lorenzo **aversani** venne a me chiedendo canonicamente e religiosissimamente le chiese che i suoi predecessori nel nostro episcopato in qualunque modo tenevano. E poiché lo stesso in questa richiesta umilmente insisteva, con il consiglio dei miei canonici promisi che gli avrei risposto. Avuto poi il consiglio richiesi che volesse dare le chiese di nostro diritto. Ma quell'abate convenne con l'autorevole consiglio e per ciascun anno prese obbligo per se ed i suoi successori a portare due once d'oro dello stesso monastero di san Lorenzo nell'assunzione della beata e sempre vergine Maria alla stessa chiesa di santa Maria o di mandarli tramite fedele inviato. Lodarono unanimemente i nostri canonici nostri questo patto e mi consigliarono di accettare il diritto della chiesa nostra per lungo tempo trascurato. E acconsentii alla giusta richiesta di così grande uomo e alle preghiere dei tanto religiosi frati dello stesso cenobio di san Lorenzo. E lo stesso domino Guarino abate restituì nelle nostre mani le suddette chiese per riceverle poi giustamente e canonicamente da noi. Allora per consiglio degli anzidetti nostri canonici ho restituito a san Lorenzo per mano cioè dello stesso domino Guarino abate queste chiese: santa Maria **de spelunca** con tutte le sue pertinenze; san Salvatore **de valle** con tutte le sue pertinenze; e santa Maria **de dominicella** con tutte le sue pertinenze; e san Gennaro **de silva** con tutte le sue pertinenze, affinché lo stesso domino Guarino abate e

omnibus suis pertinentiis. Et sanctum Ianuarium de silva cum omnibus suis pertinentiis. Ut ipse dominus guarinus abbas et successores sui libere fruantur his ecclesiis salvo predicto iure nostrae ecclesie. Et hanc cartam scriptam per manus iacinti eiusdem nostre ecclesie notarii. Sigilli nostri impressione signatam. Nolae tibi domino guarino abbati tradidimus.

✠ Ego Willelmus gratia dei episcopus nolanus

✠ Ego stefanus archidiaconus

✠ Ego iohannes archipresbyter

i suoi successori liberamente facciano uso di queste chiese salvo il predetto diritto della nostra chiesa. E questo atto, scritto per mano di Giacinto, notaio della nostra chiesa, contrassegnato con l'impressione del nostro sigillo abbiamo consegnato in **Nolae** a te domino Guarino abbate.

✠ Io Guglielmo per grazia di Dio vescovo **nolanus**.

✠ Io arcidiacono Stefano.

✠ Io arcipresbitero Giovanni.

Note:

(1) Ughellus (*It. Sac. Vol. 6. col. 254*) cum Saxonis Nolanae Ecclesiae Antistitis mentionem habet, haec quidem refert: *Hic etiam anno 1093 concessit abbati S. Laurentii de Aversa Ecclesias S. M. Domicelle, S. Salvatoris de Valle, et S. Ianuarii in Sylva*, nullo tamen allato documento, quo suam assertionem confirmaret. Nos vero huiusce diplomatis auctoritate freti dicimus anno quidem 1093 Nolanae Ecclesiae Gulielmum praefuisse, ideoque memoratas Ecclesias, nec non alteram S. M. de Sylva nuncupatam, cujus etiam in praesenti nostro Diplomate sermo est, ab eodem Antistite potius quam a Saxone fuisse donatas.